



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Nobilitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A animo esse, pro voluptate ea, qua me tuo de commodo, addam etiam honore, affectum sentio. Qualescumque igitur essent opes meae, ex iis aliquid ad te mittere decrevi. Atque ubi horrea aperuissem, vestes aliquot hinc tibi deprompsi, non eas quidem Luculliano sumptu magnificentiaque comparatas, neque Milesi textas, neque, ut Pontificia illa vestes erant, Tyria purpura saturatas, sed quales ex Aegypto me attulisse non ignoras, in quibus scilicet mira conficitur parsimonia. Sunt enim vestes labore omnino curaque aliqua contexta, sed materia admodum parca, junco quippe omnes papyraceo, ut facile contemni possint ab iis qui nostri temporis luxum deliciaeque consecantur, quibus nil facere videtur ad cultum, nisi quod carissime vixerit. Utrumque tamen, habende tibi sunt qualesquales fuerint: quas si foris in conspectu uti verecundabere, certe, qua tua est modestio, domi tibi usui esse poterunt. Non enim paro te ita repente superbum evasisse, ut quamvis Pontificia in purpura tibi merito placeas, si quid immen manibus meis elaboratum acceperis, id sis aspernaturus. Sed jam quid hoc sit supelletilis, explicemus.

DE PILEO. CAP. I.

Quemadmodum in unaquaque re nihil est capite prius, ita vestium aliquot significationes dicendi, a pileo, quod praecipuum est capitis integumentum convenienter incipimus.

NOBILITAS. CAP. II.

Nimirum vero is apud Graecos nobilitatis indicium fuit, hique ea de causa Ulyssis caput pileatum fieri solitum. autumant, quod magna scilicet ab utroque parente nobilitas illi obtigisset. Nam apud Ovidium eam ita in Ajacem oggerit:



Hinc forsitan mos ut qui Magistri deoresq; titulo honorantur pileum accipiunt.

Memia l. 12

C Nam genus & proavos, & quae non fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco: sed enim quia retulit Ajax,
Esse Jovis pronepos, nostri quoque sanguinis auctor
Jupiter est, totidemq; gradus distamus ab illo.
Nam mihi Laertes pater est, Acrisius illi,
Jupiter huic neq; in his quisquam damnatus & exul.
Est quoq; per matrem Cyllenius addita nobis
Altera nobilitas: Deus est in utroq; parente.

Quod vero Castrorum quoque capita pileata pingerentur, nil aliud sibi velle tradunt, nisi ut indicio esset, eos fuisse Lacones. Hos vero pileatos pugnare mox fuit, quo indomitum animum adversus barbaros Reges & tyrannos significatione libertatis ostentarent. Quique aliquot ab hinc annis Venetiarum Reges & tyrannos significatione libertatis ostentarent. Quique aliquot ab hinc annis Venetiarum Reges & tyrannos significatione libertatis ostentarent.

Mos pugnandi Lacorum. Nam pileus libertatis symbolum, & ad pileum vocare, id est, ad libertatem.



Tib. Claudii, Antonini, Caracallae numi.

LIBERTAS. CAP. III.

Passim enim in numis videas pileum ipsum cum inscriptione LIBERTATIS, ut in numo TIB. CLAUDII, in quo simulacrum est dextera pileum gestans, levam expansam habens, cujus inscriptio est, LIBERTAS AUGUSTA. In Antonini item numo pileus a manu dextera pendet, levam hastam tenet, inscriptio, LIBERTAS COS. IIII. Sed in Caracalla numo libertas ipsa praeter virgam, & pileum, stellam etiam habet ante sitam. Aliter libertatis argumentum figurabant per sigilla quatuor, expe-

Rrr

expe-